



dicatur fieri ex illa ditor: quia patrimonium suum non est auctum. Quod universi Doctores num. 2. allegati fatentur. Et optime explicuit Jusconferentius *lib. 2. de leg. 2. §. Quod autem quis ex hereditate, ff. de pet. heredit. l. i. Si quid laudis contemplatione hereditatis impendit, in hoc non videtur factus locupletior: in futuris vero eius sumptibus videatur factus locupletior utriusque enim, & si non tam laute erogasset, aliquid tamen ad vitium quotidianum erogasset. Quod exemplis his fit aptetur. Si quis bona fide laudissimis cibis furtivis vesceretur, aut splendidissimas vestes furtivas indideret, qualitas communibus cibis, aut vestibus usus erat, non dicitur effectus ditor, in toto illo epularum, aut vestium valore, sed in eo solo pretio, quod communia vestes, & epulae valent, quibus usus erat. Quia iis solis expensis occasione illius rei bona fide consumptae peperit, atque in his solis reperitur suum patrimonium auctum. Similiter si occasione illius rei eleemosynam, aut donationem fecit, aut lusse, perdiditque alias nil donatione, eleemosyna, aut ludo expensurus, in nihilo dicitur factus locupletior: si autem aliquid ex suo patrimonium in eleemosyna, in donatione, aut in ludo expensurus erat, aut non tantum, quantum expendit, in eis solis aliis expendendis dicitur locupletior, idque solum restituere tenetur. Similiter possidens bona fide equum furtivum, si equus iste agat, alioquin pedestris auctus, non tenetur pretium locationis equi restituere, quia in eo ditor non est factus, utpote qui nil in equo locando impendens erat. Haec exempla communiter adhibentur a Doctores num. 4. relatis.*

8 Sunt autem aliqua circa praedictam regulam, & eius exempla observanda. Primo obvia regulam intelligi, quando non ratione industriae, sed occasione illius rei, est ille ditor effectus. Si enim ratione solius industriae, non tenetur lucrum illud restituere. Quia sua industria sibi soli prodesse debet. *Si Senus, & Martinus de Ledema allegati 75. 4.* Quod si totum lucrum non respondeat industriae, sed sola pars, in reliqua parte, quam occasione rei alienae acquisivit, dicitur fieri locupletior.

9 Secundo observanda circa exemplum itineris aequo alieno a bono fidei possessore, alias pedestri turo, adductum num. 7. quoniam pretium locationis equi non tenetur restituere, utpote qui in eo non est factus locupletior: at si plures dies consumpturus esset in eo itinere pedestri, & ideo plures in quotidiano vitium expensas facturus, teneatur cum restituere id plus consumendum, deductis expensis cum mala factis. Quia cum occasione bestiae alienae id non expendit, alias expensurus, dicitur in eo factus ditor.

10 Tercio observanda ad dispiciendum id, in quo sit auctum patrimonium occasione rei alienae bona fide consumptae, ut id sit a bona fidei possessore restituendum, debet spectari exitum, id est punctum, quo cessat bona fides. Nam si ea durante id quoque patrimonium augmentum ex re aliena habitum est ita expensum, ut quando bona fides cessat, non inveniatur auctum patrimonium, non dicitur factus locupletior, nec tenetur id restituere. Exempli gratia, vendidit quispian equum alienum sibi donatum a non domino, at habuit bonam fidem, manifeste fit in eo pretio locupletior, ut si durante bona fide id quoque pretium inutiliter expendit, aut laudis vivendo, aut ludis, aut eleemosynis, quos sumptus non erat facturus carens illo pretio, aut si erat aliquos facturus, non tantos, in nihilo, aut in illa quantitate sola alias expendenda, dicitur factus ditor: & ita ad nihilum, si in nihilo, aut ad eam solum quantitatem alias expendendam, restituenda tenetur. Et ratio est, quia cum similiter id rei alienae pretium, idve augmentum patrimonium, sit comparatum quoque bona fide, idem iudicium habendum est de illo, quod de re aliena expensa bona fide. Atque in hoc nullas ex Auctoribus numer. quarto, relatis dubitat, quomvis non ita clare id explicent. At id notatur Aragon. secundum secundo, quae. 62. artic. 6. dubio 1. columna tertia, in solutione ad 1. Leonardus lib. secundo, de iust. cap. 4. ad 1. num. quinto, Sayro in clavi regia, lib. 10. tractatu 2. cap. 2. n. 14. in fine, Molina tom. 3. de iust. secunda part. disp. 718. numero 2. Rebelle de iustitia, parte 1. lib. 1. quae. 3. numero 3. in initio. Qui eodem num. 3. versicul. sub quibus si existens, optime impugnat aliquos, quos tacito nomine refert, qui ajunt possessorem bonae fidei ceteri ditorum factum ex pretio rei alienae, quando illud diu retinet, secus si paulo post consumpserit. Quia non est maior ratio de re furtiva donata retenta diu, aut brevi, quam de pretio sic retento, ut fiat, vel non fiat ditor. At si rem donatam diu retinet, ac postea bona fide contumax, nil alioquin de suo patrimonium consumpturus, non diceretur factus ditor, nec tenetur restituere. Ergo idem est de pretio dicendum.

11 Et similiter si postquam novit rem esse alienam, & eius fructus ad dominum pertinere, ignoret invincibiliter se teneri restituere id, in quo factus est ditor, idque bona fide consumat, ita ut cum cessat talis ignorantia, nil plus habeat in bonis, quam habitisset carens illa re, & fructibus, nil tenetur restituere. Quia cum cessat bona fides, non reperitur ditor. Ita Molina tom. 3. de iust. p. 2. disp. 716. num. 2.

12 Quarto observanda, consulto dicere Doctores praedictos ad dispiciendum an possessor bonae fidei sit ditor factus,

speciandum esse an lucrum occasione illius rei alienae sit acquisitum, nec ne: nam si per accidens illa peculiariter ratione patrimonium auctum, aut diminutum sit, id minime attendi debet. Exempli gratia, invitatus ad splendidam cenam lusse, ac perdidit, eo quod in ea domo fecum aliis amicis invenit, alias non lufurus; aut interperatit edit, & ideo in gravem morbum incidit, ac in medicinis multa impsumpt, dicitur adhuc fieri locupletior in sumptibus cenae vilioris domi faciendis. Quia et alia ratione sit valde imminutum patrimonium, ea tamen inditio non ex re aliena consumpta, sed ex ludo, vel interperantia provenit. Secus autem si occasione illius rei cenae vilioris domi faciende, quod lucratus est, lusse, alias non lufurus, idque perdidit: tunc enim non dicitur in eo factus ditor.

13 Quinto observanda circa exemplum vestis pretiosae consumptae bona fide, adductum numero septimo, dum dicitur solum restituendum pretium vestis vilioris, quam alias possessor bonae fidei indutus erat, intelligi, quando vestis illa est prosumpta consumpta: nam si adhuc extat, aut si iam usu antiquata est vendita, non solum pretium vilioris vestis est restituendum, sed etiam vestis illa apud possessorem bonae fidei extans, aut pretium quo venit. Quoniam si res illa extat apud possessorem, est aliena: si autem vendita est, possessor fuit in eo pretio effectus locupletior.

14 Ultimo observanda, dum hucusque diximus augmentum patrimonium ex re aliena a possessore bonae fidei habitum, esse restituendum, intelligi quo ad id dumtaxat, quod rei alienae consumptae, aut usus ejus bona fidei habitum valorem adaequat. Verbi gratia invitatus quispian edam bona fide legumina furtiva, quibus satius abstinuit a splendidis cibis domi edendis, non tenetur valorem hujus splendidae cenae alias consumptae, sed solum illorum leguminum domino restituere. Quia non tenetur plus restituere, quam ex re furtiva participavit possessor malae fidei, necum bona: cum restitutum ad aequalitatem reducatur. Praeterea quia ideo re consumpta est restituendum a possessore bonae fidei id, in quo ditor evasit, quia res illa manet in eo, tamquam in suo effectu, nec dicitur consumpta, sed extare. *(Utrum numero quarto probavi.)* At non dicitur res extare in priori valore, quam illa habebat. Et ita tradunt Navarra lib. 3. de restitu. capite 4. in nova editione parte 3. dubio secundo, numero 129. & 150. Rubell. de iust. part. 1. libro 2. quae. 10. num. 3. Molina tom. 3. de iust. part. 2. disp. 718. numero secundo.

15 Ex dictis deducitur primo, non esse verum quod tradit glossa §. penultimo, verbo Locupletior, infuit, quibus alienare non licet, ubi est tunc dicitur aliquem ditorum effectum, quando non sit pauperior. Nam si haec doctrina esset vera, quomvis possessor bonae fidei non inveniret ex re aliena consumpta auctum suum patrimonium, dummodo id non diminutum inveniret, tenetur restituere, tamquam ditor effectus. Quod destruit omnia ex communi sententia dicta numero septimo. Et possessor bonae fidei cogereat alique sua culpa pati sui patrimonium iacturam, restituendo illi rem bona fide consumptam. Praeterea falsa esset regula ex mente fere omnium tradita numero quarto, ut restitutionis obligatio ex sola duplice radice consurgat, nempe, iniuste acceptio, aut rei acceptio: cum haec bona fidei possessor, qui nec iniuste accepit, nec aliquid rei accepit apud se habet, cogatur restituere. Nesc obstat *scelus 1. in papillo 47. ff. de solut. qui glossa opinionem probare videtur, ibi: Nam haec ipso quod non est pauperior, factus locupletior est.* Nam bene intelligunt hunc textum glossa ibi verb. Non est pauperior, & Decius regula, in penultimo, ad finem §. derogulis juris, Ludovicus Gomez §. Actus, numero 2. infuit. de actionibus, ut non factus sit pauperior, scilicet, solvendo, & faciendo id, ad quod tenetur. Cum enim id ex suo patrimonium solvere tenetur, dicitur factus locupletior, quia id in suo patrimonium invenit, alias non inventur.

16 Secundo deducitur, quid in ea questione sciendum sit, an si bona fide quispian a non domino rem emat, ut quo eadem bona fide durante vendat aequali, aut majori pretio, alteri, aut postea minori pretio eadem rem a suo emptore redimat, supposito haec omnia iuste fieri, eo quod sint intra latitudinem iusti pretii, supremi, medii, & infimi, aut re plus, minuve valente, eo tempore varietatem, tenetur postea veritatis confici, restituere aliquid vero domino, aut suo emptori. Et quidem prius dicamus de obligatione erga suum emptorem: deinde autem de obligatione erga verum dominum. Triplex est sententia circa obligationem respectu sui emptoris. Prima fatinet venditorem hunc aequali, aut minori pretio vendentem, ad nihilum restituendum teneri. Ducitur, quod non tenetur ratione iniuste acceptio, nec ratione rei acceptae. Cum enim bona fide vendidit, fuit proffusini iustitiae immuns: & cum nec rem illam apud se habet, nec aliquid nomine eius, utpote qui in nihilo ea venditione locupletior evasit, non habet apud se rem alienam. Quod si dicas illum habere apud se pretium realitiae, quod loco illius succedit, non est verum in universum succedere pretium loco rei, sed id solum universalibus iudiciis id verum habere prosequimus numero vigesimo quinto. Et

Et confirmatur, quia regula numero quarto tradita stat pro hoc venditore: cum enim sit possessor bonae fidei, & nihil sit factus locupletior, ad nihilum tenebitur. Hujus sententiae videtur quidam Doctores universaliter tradentes, & indiffinide, hunc venditorem ad nihilum restituendum obligari. Dico autem videri hujus sententiae, & non esse absolute, quia possunt intelligi, ut ad nihilum restituendum teneatur respectu veri domini illius rei venditae, & hoc probat eorum ratio: quae est, hunc possessorem non habere rem, nec ex illa factum locupletiorum. At quaestio praesens est, an teneatur emptorem suum immunitate reddere, restituendo ei pretium. Hi sunt Gabriel 4. distict. 15. quae. 7. versicul. artic. 3. dubio quinto, propositione 2. versicul. Dicitur nec proceptos, Angelus summa, verbo Restitutio 1. verbo emens numer. 4. Sylvester, verbo Restitutio 3. quae. 7. ditto, 3. Tabiena verbo Restitutio quae. 24. num. 25. Cajetan. 2. 2. quae. 62. art. 6. columnas 2. versicul. Ad evidentiam huius, & in summa, verbo Restitutio, cap. 1. ad fin. versicul. Adverte circa hanc regulam, qui in hoc posteriori loco expressis est pro hac sententia, ait enim solum illum teneri, apud quem res est, Covarr. regula Peccatum 3. parte in initio, numer. 3. versicul. Quarto, Joann. de Medina de restitutione quae. 10. columna 3. versicul. Si autem secundus emptor, Peleza summa, procepto 7. sel. 69. Bartholomaeus a Medina lib. 1. summa, cap. 12. §. 30. ubi de iis quo restituenda sunt, in regula 2. Angles Floribus 2. part. 9. Qui teneatur ad restitutionem, art. 1. statim ante primam difficultatem, in fine, Gratius 1. part. decisionum, lib. 2. cap. 130. numero 4. Navarra lib. 3. de restitu. cap. 4. in nova editione par. 3. dubio 1. num. 145. versicul. Accipio simile, Leonardus lib. 2. de iust. cap. 14. dubio 1. numer. 4. Atque in propriis terminis eam sufficienter dicentes venantorem hunc nil teneri suo emptori restituere, Navarra summa Latina, & Hispana cap. 17. num. 8. Philarcus de officio Sacerdotis, tomo 2. part. 2. lib. 6. cap. 18. columna 3. versicul. Alterum in quo, Ludovicus Lopez 1. part. in praetoribus conscientia cap. 94. ad finem, & libro 1. de contractibus cap. 2. co. 2. versicul. Inter tam dicitur: atque duplicem adhibet limitationem in utroque loco, prior est, nisi scripto venditor stipulatus sit se servaturum indemnem emptorem: posterior est, nisi cessare ei actionem erga latronem, aut anteriorem venditorem, esset frustranem: eo quod ille sit pauper, aut abierit. Et hanc sententiam dicunt probabiliter Valentia, & valde probabilem Sayro numero sequenti allegandi, & num. 18. Addit autem Navarra summa Hispana, cap. 17. num. 8. teneri hunc venditorem in foro externo de evizione suo emptori, & ita via evizioni cogendum in foro externo ad reddendum emptori totum pretium. Et cap. 23. addit, ad eundem, num. 8. cap. 17. quare cur non tenetur ad evisionem in foro conscientiae, sed in solo externo, & respondet, eo quod a culpa liber fuerit, nec ditor factus: quae bona fides non praetrium in foro externo contra evisionis naturam. Atque summa Latina, eodem cap. 17. numero octavo. Et Philarcus de Ludo Lopez proxi. allegat, ajunt hunc teneri solum in foro conscientiae ad cedendum suo emptori de evizione actionem, quam habet adversus eam, & quo bona fide emit, quia in ex sola factus est locupletior. Atque hac sola cessione illam fatiscere probant ex l. in credente 38. ff. de evisionibus, ubi aliter credentorem accipientem bona fide a non domino rem alienam in pignus, idque postea vendentem pro suo debito, si postea pignus a vero domino vincatur, satisfaccere cum suo creditor, actionem cedendo, quam habet adversus debitorem, qui sibi in pignus rem illam tradiderat.

17 Secunda sententia fustinet, teneri cum rescindere contractum cum suo emptore, tradendo ei pretium, & recuperando rem venditam, ut vero domino tradatur. Ducitur, quod venditor teneatur emptori de evizione, nec possit illum ad aliud legatur, cum quo ei negotium non fuit: sed integrum est emptori nolle cessatione actionis uti autem, aut alium anteriorem venditorem, cogereque immediatum venditorem ad solvendum sibi totum interelle. Quarto, quae est emptori, 11. de aemulio emptor, ibi: Evitionis nomine venditorem obligat, & l. Sat ubi 16. ff. de minoribus, ibi: Sed ubi restitutio datur, posterior emptor reverti ad anteriorem suum poterit. Per plures quoque personas se emptor ambulare, idem juris erit. Secundo ex l. Si rem, 29. ff. de evitione, ibi: Si rem quam mihi alienam vendideras, a domino redemeris: saltem esse quod. Nerva, respondisset, posse te a me pretium consequi ex venditio agentem, quae habere, mihi rem liceret, Cellus filius aeglet. Si ergo venditor nequit recuperare pretium ab emptore solvente id vero domino, eo quod rem alienam esse norit, tenebitur utique venditor, si sibi id pretium emptor dedisset, restituere illi pretium, servando ipsum indemnem, ut res domino reddatur. Tercio, quia cessio adionis in furem, vel alium non verum dominum, a quo venditor illam emit, saepe erit nullius momenti, aut quia ille non comparat, aut pauper est, aut obit. Quarto, quae haec actio evitionis concessa hunc emptori in suum immediatum venditorem, non procedit in solo foro externo, sed in utroque. Quippe id ex ipsamet contractus natura consurgit, utpote quae ipso iure natura aequalitatem inter ipsos contractantes postulat. At magna est inaequalitas, si venditor accipiens pretium securum non teneatur securam facere venditionem, atque ea non existente

secura reddere pretium suo emptori. Et confirmatur, quia cum leges actionem evitionis concedentes non innantur factae praesumptioni, sed soli contractus aequalitati, nec sicut in pecunia, dispositio eorum procedit in utroque foro. Iuxta ea quae diximus libro 1. hujus tractatus cap. 6. num. undecimo. Et rursus confirmatur (quia ut optime ait Rebelle de iust. part. 1. lib. 2. quae. 3. num. 3. versicul. Atque hinc etiam) obligatio haec reddendi immuns hujus emptoris a damno, si res illa vincatur a domino, aut ei res sua restituatur, non oritur ratione iniuste acceptio: nullam enim iniustitiam admittit vendens bona fide: nec etiam ratione rei acceptae: cum res non perleverit apud hunc venditorem, sed oritur ex ipsomet venditionis contractu, cui inest ex ipsius natura, ac juris dispositione, obligatio evitionis, id est, reddendi immuns emptoris, si res vendita vincatur. Quare regula tradita num. 4. ut nemo teneatur restituere, nisi ratione iniuste acceptio, aut rei acceptae: & si bona fide consumpserit, non tenetur, nisi quatenus est factus locupletior, intelligitur, nisi aliunde ex contractu oriatur obligatio. Sicut qui carens omni culpa Theologica amittit culpa, quam Jurisperiti levem vocant, rem sibi sibi commodatam, tenetur domino eam reddere: quamvis nullam iniustitiam commiserit, nec rem apud se habeat, nec ditor effectus sit. Cuius ratio est, quia hujusmodi contractus eam habeat imbitum conditionem. Nec obstat l. in creditore, allegata, num. praecedenti pro contraria sententia, qui ibi solum est sermo de creditore, qui servatius omnibus iure in eo eventus requisitis, pignus in sui debiti securitatem sibi tradidit vendit, ut ex pretio sibi satisfacceret pro debito, atque significavit emptori se non vendere rem illam ut suam, sed ut pignus sibi tradidit. Quare si postea pignus vincatur, probante alio rem esse suam, & non debitoris, qui illam dedit in pignus creditori, creditor, qui illam ut in pignus acceptam vendidit, non tenetur de evizione, sed satisfaccere debito emptori actionem pignoratitiam quam adversus debitorem habet, quae mediante competet emptori adversus eum debitorem qua mediante erit sibi venditae. Si vero creditor non solo creditoris titulo rem vendidisset, sed domini, non significando emptori se vendere eam ut pignus, tenetur emptori de evizione, nec liberatur cedendo ipsi actionem, quam ipse in suum debitorem habet, aut in alium anteriorem ejus rei venditorem. Nam qui titulo domini rem vendit, tenetur rem venditam facere omnino securam. Quod optime cum aliis explicat. Molina tom. 2. de iustitia, disp. 538. columna 19. versicul. Superest explicemus. Et ideo hanc sententiam teneatur Aragon. 2. 2. quae. 62. art. 6. dubio 1. col. 3. Salon, eodem art. 6. controversia 2. Navarra lib. 3. de restitu. c. 2. in nova editione, p. 3. Anb. 5. nu. 163. Sayro in clavi regia lib. 20. tract. 2. c. 2. nu. 13.

18 Tertia sententia (cui tamquam probabiliori adhaereo) est media inter duas propositas, ac distinguens, si periculum subit emptori, ut ad notitiam domini veniat, & sic res illa a domino evincenda sit, tenetur ille bonae fidei venditor pretium suo emptori restituere, ac contractus officio rem illum alienam domino reddere, si autem nullum hujus damni emptori periculum imminet, alter est venditor ab hac obligatione. Priorem partem probant rationes adductae numero praecedenti; nam in hac parte cum illa convenimus sententia. Et ex ibi dictis folate manent rationes prima sententiae adductae num. 16. contrarium probantes. Posterior autem pars probatur, quia erga emptorem sola est obligatio reddendi eum a damno imminente ex re aliena vendita immunen. At in hoc casu nullum ei damnum imminet: cum nec verus dominus sit rem illam petiturus, nec ipse eam teneatur restituere, exculante eum ignorantia, qua rem esse alienam ignorat. Et ideo hanc sententiam teneatur Sotus lib. 4. de iust. 9. 7. artic. 2. colum. 5. Marr. de Ledema 2. part. 4. quae. 18. art. 6. colum. 4. Valentia 2. 2. disp. quinta, quae. 6. puncto 3. ad finem, Leonardus lib. 2. de iust. cap. 18. dubio 5. num. 26. puncto num. 29. Rebelle de iust. part. 2. lib. 9. quae. 18. sectione 1. numero 12. & 13. Vega 1. tom. summa, cap. 60. col. 14. & 15. Molina 2. c. 1. ita clare tom. secundo, de iust. disp. 380. columna quarta, versicul. Quando venditor. Et expressè tom. 3. part. 2. disp. 721. nu. 6. concl. 3. & num. 7. & 10. Eiusdem sententiae videtur expressè Toledo lib. 5. summa, cap. 17. num. 8. ubi ait teneri hunc venditorem ad servandum suum emptorem indemnem, & restituere ei pretium, si forte res illa abierit fuerit. Eiusdem videtur Mercado lib. 6. de contractibus, cap. 24. ad fin. ubi dicit teneri hunc paratum esse ad restituendum pretium suo emptori, si res ab eo petita fuerit. Eiusdem videtur Barmez 2. 2. quae. 62. dub. conclus. 1. ubi ait teneri hunc vitare illi emptoris damnum, reddendo ei pretium, si periculum subit, ut verus dominus inveniat rem apud emptorem. Et Petrus de Ledema 2. tom. summa, tract. 8. cap. 14. post 4. conclusiohem, dubio 2. ubi ait, hunc teneri omnino ad vitandum sui emptoris damnum. Quare (ut optime ait Molina utroque loco citato) si res illa vendita esset iam bona fide consumpta ab emptore, venditor ad nihilum teneretur illi. Quippe tunc finis emptoris nullum patitur damnum: cum tamquam bonae fidei possessore non tenetur vero domino, nisi quatenus ex re illa evasit locupletior, qualis non evasit, utpote qui iusto emit pretio.

19 Atque quamvis Doctores prædicti non explicant hoc dicendum est similiter teneri hunc venditorem rescindere contractum cum emptore, eique reddere pretium, si periculum adit fore ut emptor non teneat esse alienam. Quia cum tunc teneatur sibi pretio. Quod si credatur, emptorem non reddere illam non restitutum, iniustitia hujus emptoris adhuc rem illam non restitutum, cum teneatur sibi pretio. Quia adhuc patitur damnum, cum teneatur sibi pretio. Quia adhuc patitur damnum, cum teneatur sibi pretio.

20 Quod si quæras, an si venditori postea innotescat rem esse alienam, id ignorante emptore, teneatur id dominum, aut emptorem suum monere. Ita distinguendum est, si venditori bonæ fidei imminet damnum ex ea monitione, quia nequibit à suo anteriori venditore pretium recuperare, quod ei bona fide dedit, neutrum teneatur admittere. Quia cum nec rem alienam habeat, nec alicui sit iniusta damni causa, non teneatur cum factum sui pretii amittendi pati, admonendo dominum, ut rem suam recuperet. Si vero absque suo damno possit, teneatur sola charitatis lege. Quippe ratio dampni fuit, nullam esse iustitiam obligationem. Est autem charitatis, ejus enim lex obligat ad damnum proximi vitandum, quod abique proprio cavere potest. Sic Leonardus, libro 2. de iust. capit. decimo quarto, dub. 5. numero trigésimo. Similiter teneatur ex charitate admonere primum male fidei possessorem, & in defectum primi, sequentes male fidei possessores, ut restituant integrè domino rei, & curare ut id opere præstent, media ad id omnia necessaria adhibendo, qualia adhibere teneatur ex charitate, quicumque alius id sciens. Ut optime docet Molina tom. 3. de iust. part. 2. disput. 721. numero 7. Quod intelligi si sit spes ut illi restituant, nec ei periculum imminet sui pretii amittendi, juxta proxime dicta.

21 Quod si iterum quæras, an si emptor hic posterior sciens rem esse alienam restituit eam vero domino, non admonendo suum venditorem bonæ fidei, antequam venditor illi pretium restitueret. Distinguit idem Leonardus eo dubi 5. numero vigésimo octavo, si ex illa restitutione accretaria incurrat damnum venditor, non valens recuperare pretium à suo anteriori venditore, quod utique recuperaret, & res domino restitueret, non teneatur suum hunc emptorem servare indemnem, restituendo ei pretium. Quia ut petat pretium, teneatur suo venditori rem reddere, ut recuperet pretium à suo anteriori venditore. Si vero non fuit causa ejus damni, quia adhuc non recuperaret pretium, teneatur utique. Quia nulla est causa excusans. Verum in utroque casu existimo teneri pretium reddere suo emptori. Quia non video, cur lege iustitiae teneatur prius suum venditorem admonere, sed sola charitatis, quando adverteret se posse vitare id illius damnum amittendi pretii. Atque lege iustitiae tenebatur rem vero domino restituere.

22 Demum prædictam tertiam sententiam, quam amplexi sumus numero 18. limitat Rebellus de iustitia part. 2. secundæ libr. 9. questio. 18. sectione prima numero 11. dicens intelligi, quando pretium extat apud venditorem bonæ fidei, tunc enim, ait teneri hunc illud restituere suo emptori, ad servandum eam indemnem, si periculum sit, ut dominus id sciat, ac rem illam cunctat. Quod si pretium non extat, sed taliter sit consumptum, ut ex eo non sit factus locupletior, dicit certum esse, cum non teneatur ad servandum suum emptorem indemnem. Quia cum sit possessio bonæ fidei, nec aliquo fit effectus ex fealiena locupletior, ad nil restituendum teneatur juxta regulam numero quarto traditam. Verum limitatio hæc displicet: Quia leges obligantes venditorem ad eversionem, non respiciunt an venditor pretium retineat, ac ex illo sit factus locupletior: nec obligatio hæc confugit ex ratione iniustæ acceptationis, aut rei acceptæ, sed ex natura ipsa, & æqualitate contractus, quæ petunt emptorem esse à suo venditore servandum indemnem. Sicut ex ipso tenet Rebellus numero decimo septimo. At idem damnum patitur emptor, si pretium extat, five consumptum sit. At si res ipsa vendita esset iam consumpta, verum est venditorem esse liberum ab hac obligatione. Sicut diximus numero 18. in fine.

23 Juxta hæc decidi debet, quid dicendum de emente bona fide rem falsam pro vera, aut auricularum pro auro, qui eadem bona fide durante vendidit illam eodem pretio. Navarr. summa Latina, cap. 17. numero octavo, & retulit quosdam opponere sententiam ipsius, quam numero 16. retulimus, vendentem hunc teneri suo emptori restituere pretium illius rei veræ, & vendentem res alienas bona fide: quod ille tradat rem habentem intrinsicum defectum, & falsam & communitur fit in culpa aliqua, accipiendo, vel dando illam rem, ac proinde teneatur restituere: hic autem communitur culpa caret, nec res ab eo tradita hæc intrinsicum defectum. At si neuter esset in culpa, ait possidendi neutrum teneri restituere. Quia uterque bona fide vendidit, nec ex re illa factus est locupletior. Idem prorsus ait Philibartus de officio facerdotis, tom. 2. part. 2. libro sexto cap. 18. columna 3. versicul. Alterum in quo, Et idem videtur eadem Navarr. summa Latina, cap. 17. numero 167. ubi cum Hispana eodem numer. dixisset hunc teneri restituere, addidit Latinè, saltem si fuerit in culpa accipiendo falsum pro vero auro. Et favent Angelus in summa, verbo Falarius numero quarto, & ibi Sylvester, quest. 6. num. 8. Armilla numero 94. ubi dicitur accipientem bona fide pecuniam falsam pro vera, & scienter dantem alii, teneri restituere: ubi à contrario sensu videntur contrarium asserere, quando ignorant, & bona fide dedit alii. Cæterum dicendum est teneri hunc restituere, & rescindere contractum cum suo emptore. Quod probant rationes omnes numero decimo septimo adductæ. Præterea quia bona fide emens rem majori jullo pretio, atque eodem vendens, teneatur suo emptori jullo pretii excessum restituere. Quia me deceptum esse, nullum mihi jus tribuit decipiendi alterum. Quod si bona fide decipiatur, excusatur quidem à culpa, at non à damno restituciendo, cum fraudis conficius fuerit. Atque ita docent Sotus lib. 4. de iustitia, quest. 7. artic. 2. columna 6. Martinus de Ledesma 2. p. 4. qu. 18. art. 6. columna 6. Rebellus de iustitia, part. 2. libro 9. quest. 18. sectione prima numero 12. Leonardus lib. 2. de iustitia, cap. 14. dubio 5. num. 26. Aragon. 2. 2. quest. 62. art. 6. dubio 2. col. 3. & ibi Salon, controversia 2. & ibi Bannes dubio 2.

24 Hæcenus egimus de obligatione, quam respectu sui emptoris habet emens bona fide rem alienam, qui vendit eadem fide. Superest agendum de obligatione, quam habet respectu veri domini illius rei. Et quidem triplex potest esse casus. Primus est, quando vendit eodem pretio, quod emerat. Secundus, quando ampliori. Tertius, quando rem illam venditam eodem pretio redemit minori. De quibus casibus est scorum agendum, circa primum casum, quando eodem pretio vendidit, est gravis difficultas, an si vero domino res sua non restituitur, teneatur hic pretium illud ei restituere? Duplex est sententia. Prior asserit teneri hunc pretium illud vero rei domino restituere. Ducitur primo, quod hic venditor non comparat ei pretii dominium: tum ex sui emptoris intentione, quæ fuit transferre dominium ex suppositione, quod ipse acquirat dominium rei sibi venditæ, quod tamen non comparavit, cum non esset venditoris; tum etiam ex contractus natura, per quem dominium transferri nequit, utpote qui est irritus, tamquam rei alienæ venditio. Ergo teneatur id pretium, tamquam alienum, vero domino restituere. Et confirmatur, quia pretium succedit loco rei, l. si rem, & pretium 25. ff. de petitione hereditatis, ibi. Postquam existimavit locum hereditatis rei venditæ pretium ejus successisse. Ergo id pretium est alienum, sicut & ipsa res eo venditæ: & ideo teneatur id restituere ratione rei acceptæ, ac si rem alienam apud se haberet: in quo eventu nil profusus refert, si locupletior effectus sit, si vero non. Secundo, quia hic bonæ fidei venditor est in toto illo pretio factus locupletior, utpote qui pretii, qui à latrone rem illam comparavit, jam fecerat iacturam, tenebaturque veritatis conficius rem vero domino, nullam ab eo exigendo pretium restituere. Ergo teneatur id totum vero domino restituere. Et ideo hæc sententiam tenent Aragon. 2. 2. qu. 62. artic. 6. dubio 1. columna 3. Et ibi Bannes relate Perna dubio secundo, conclusionis 3. & ibi Salon, controversia secunda, Petrus de Ledesma secundo tom. summa, tractatus 8. cap. 14. post quartam conclusionem, dubio secundo, Sayro in clavi regia, libro 10. tractatus 2. cap. 2. numero 13. & 14. Valsures secunda secunda, quest. 96. artic. quintus, disputat. 172. capit. primo, nu. 4. dicens omnes in hoc convenire. Addit autem Petrus de Ledesma, si dominus non comparat, esse restituendum pretium illud pariteribus. Addit etiam Aragon. eodem dubio primo, in solutione ad primum, & Sayro eo numero decimo quarto, si pretium illud jam sit ab hoc bonæ fidei venditore consumptum, etatenus teneatur cum restituere, quatenus ex illo est factus locupletior.

25 Posterior sententia (cui adhaerere) ait hunc venditorem nil profusus teneri vero rei domino restituere. Ducor, quod venditio rei alienæ fit valida, ac effectus aliquos habeat. Ut constat ex l. Rem alienam 28. ff. de contrahend. emptione, & ex multis aliis legibus. Et inter alios habet hunc effectum, ut venditor teneatur emptori de eversione, & omnibus damnis inde subsistentibus. Atque dominium pretii transferri in venditorem. Ut expressè colligitur ex l. Si pecunia. C. de rei vendicatione, & l. 1. & penultima. C. si quis alteri, vel sibi, & l. 49. titul. 5. part. 5. Et de furo id expressè definitur. l. Qui vas 49. §. ultimo, ff. de iustitia, ibi: Cum sur rem furivum vendidisset, eique numerus pretii dominum rem per vim extorsisset, furivum eorum numerum pretii restituitur esse. Cum ergo furivum sit rei alienæ invito domino usurpatum, manifestè sequitur furem effectum esse illorum bonorum dominum. Quod expressè statim ait idem textus, & reddens rationem ejus quod dixerat ibi: Quod enim ex re furivæ redigitur, furivum non esse, nemini dubium est. Et quavis venditor non transferat dominium rei illius alienæ venditæ in emptorem, at dominium pretii transferatur in venditorem. Ut expressè habetur l. Ex empto 11. in fine principii ff. de actionibus empti, & venditi: & ibi glossa verbo Evictionis, & verbo Furem. Id etiam constat ex l. 1. in prima differentia inter emptorem, & commutationem, ff. de verum permutat. quæ est, ut in venditione possit esse claudicatio.

dicatio. Nam vendens non semper facit rem emptoris, ut in venditione rei alienæ contingit: ac emptor semper facit pretium venditoris. In permutacione autem, ut utriusque dominium, aut neutrius transferri debet. Atque hæc omnia reddet cum aliis tradit Molina tom. 2. de iustitia, disp. 327. 330. & 380. & tom. 3. in 2. p. disp. 721. num. 8. Secundo, quia non est universaliter verum, succedere pretium loco rei; id enim in solis universalibus iudiciis verum habet, cuiusmodi sunt hereditas, fideicommissum universale, & dos, l. Item videndum 20. §. finali, & leg. Sequenti, ff. de perit. hered. & l. 1. ff. de fideicommissi. hereditatis perit. quæ judicia universalialia dicuntur, eod quod unus juris petitione plures res censentur peti simul, et id nominatim singule non exprimitur. Quare vocat eas Jurisconsultus actiones de univeritate l. 1. ff. de rei vindicac. Et singularia iudicia, sed particularia, seu specialia nominatur, cum est de re singulari, vel ex singulari contractu petita. Ut in mandato, commodato, deposito apparet, l. Pro socio, ff. pro socio. Denique iudicium generale dicitur, cum est de petitione generis, ut est iudicium negotiorum gestorum, tutelæ, & similia, & cetera, l. Pro socio. In his ergo solis iudiciis universalibus locupletior pretium loco rei. Constat ex juris adductis probantibus non transferri dominium rei alienæ venditæ in emptorem; at transferri dominium pretii in venditorem. Quod non contingeret, si pretium succederet loco rei. Et ita notant Clesf. l. Si & rem, & pretium, 25. verb. Quia potest, ff. de petition. hereditatis, & ibi Bartol. in fine, & omnes Scribentes. Tertio, quia si venditor bonæ fidei; ea durante, rem eandem vendidisset latrone eodem pretio, non teneatur id pretium vero rei domino restituere, cum illud sit idem, quod prius dedit. Ergo nec teneatur restituere, si cuidam tertio vendat. Quippe pretium illud ejusdem rationis esse videtur, si recuperatum sit à latrone, si vero ab alio tertio acceptum. Quarto, quia nil teneatur domino ratione iustitiae acceptationis, cum totum bona fide factum sit; nec ratione rei acceptæ: cum jam distraxerit, nec pretium loco illius succedat: (ex nuper probavi,) nec moraliter aliquid illius rei, aut æquivalens maneat in bonis venditoris; cum ratione illius nullatenus sit auctum suum patrimonium, & subinde nec factus locupletior. Et confirmatur, quia illa pretii recuperatio ex venditione, potius fuit ad indemnificandum servandum, quam ad utilitatem consequendam, quamvis indirectè, & per accidens, ac præter intentionem, ac opinionem vendentis bona fide, secuta sit in ea utilitas, ut à domino postea comparante nequeat res pretio illi non restituito vindicari. At principale intentum est semper spectandum l. Rogasti 11. in principio, l. Si quis nec causam 4. ff. si certum petatur l. Si quis donacionis causa 38. ff. de contrah. emptione. Quod tanti momenti est, ut in de inferat alios referens Tirraguell. leg. Si unquam, verbo, Donacione largitus, numero quarto, C. de revocand. donacion. venditæ re minori pretio animo vendendi, etiam remissio illa pretii fit donatio, ac quingentos aureos excedat, eam non indige innotatione, eod quod principale solum venditæ propositum speclari debeat: quia tamen indigeat, si principale propositum esset donandi. Et hic manent soluta contraria fundamenta. Et ideo hujus sententia sunt clarè omnes Doctores allegati, numero decimo octavo, quos restituerem obligari. Atque in propriis terminis tradunt Gabriel 4. l. 15. quest. 3. artic. 3. dubio quinto, propositione 2. versicul. Dicitur nec perceptos, Angelus in summa, verbo Restitutio 1. verbo Emens, numero quarto, Sylvester, verbo Restitutio 3. quest. 7. dicto tertio, Tabiona, verbo Restitutio quest. 24. nu. 25. Sotus lib. 4. de iustitia, q. 7. articulo secundo, columna quinta, Martinus de Ledesma 2. part. 4. qu. 18. articulo 6. columna 4. Toledo lib. 5. summa c. 17. n. 8. Valentia 2. 2. disput. 5. q. 6. punto 3. ad finem, Rebellus de iustitia p. 1. lib. 2. quest. 3. numero 3. versicul. Atque hinc etiam, & part. 2. lib. 9. quest. 18. sectione 1. num. 9. Navarra lib. 3. de restitut. cap. 6. in novæ editione part. 3. dubio 5. num. 163. Philibartus de officio sacerdotis, tom. 2. part. 2. lib. 6. cap. 18. columna 3. versicul. Alterum in quo, Leonardus lib. 2. de iustitia, cap. 14. dubio 1. num. 4. & dubio 5. num. 29. Molina tom. 3. de iustitia, part. 2. disput. 721. numero sexto, & dupli sequenti, Vega 1. tom. summa cap. 60. casa 14. & 15. Et dicit esse satis probabilem Petrus de Ledesma relatus numero precedenti pro contraria sententia.

26 Si tamen bona fide quis emerat rem alienam, & bona fide commutat pro alia, teneatur conficius veritatis rescindere commutationem, ut rem vero domino restituat: quod si id fieri nequeat, teneatur rem illam, quam loco commutationis habet, restituere vero domino rei commutatæ pro illa. Ratio est, quia (ut probavi numero precedenti) non fit verus dominus rei illius in commutationem acceptæ: ac proinde teneatur ratum rei acceptæ quamvis locupletior non evaserit. Quare iure optimo dicit Salon. 2. 2. questio sexagesima secunda, articulo sexto, contrari. 2. hoc esse ex omnium consensu.

27 In secundo casu, nempe, quando hic bonæ fidei venditor distraxit rem illam alienam, audiore pretio, at jullo, grave dubium est, an illud pretii augmentum teneatur vero rei domino restituere. Quidam censent id pretii augmentum non esse restituendum vero domino, est res sua ei non restituitur. Ducuntur, quod id non sit fructus rei Summa Th. Sanchez, Pars 1.

alienæ, sed industriae illam ementis iustè uno pretio minorari, & vendentis etiam iustè alio majori pretio. At fructus industriae spectat ad possessorem, & non ad dominum. Ut num. octavo diximus. Et confirmatur, quia si res illa restitueretur postea vero domino, servando illum omnino indemnem, prædictum augmentum pretii non esset vero domino restituendum, cum ei plenè, & ad æqualitatem fit restitutum reddita ei res sua. Ergo id pretii augmentum non est fructus rei, sed industriae, aliàs cederet domino rei. Secundo, quia si venditor hic venderet rem illam minori pretio, & postea res illa à domino vindicaretur, non teneatur rei dominus, nec alius à fure, ei restituere id pretii decrementum: ut ex se constat. Nec etiam ipse fur, qui iustè majori illo pretio vendiderat, & solum teneatur de eversione, quantum sua ejus, qui ita à fure emerat, intererat rem non esse alienam: si autem ea res esset aliena, si vero non, eodem pretio esset tunc illam restituendus. At dum non valde est, ut hinc bonæ fidei emptori nullus damnum decrementi pretii teneatur rescindere, ac ita possit negatione amittere; ac ipse teneatur augmentum pretii restituere, atque adeo nequeat lucrari negociando. Tandem, quia venditor hic teneatur suo emptori de eversione, illum omnino indemnem servando, cum iactura pretii, quo illum rem bona fide comparavit. (Ut numero decimo octavo probavi.) At rationi dissonat hinc ei iacturæ expostum esse, & lacrum teneri restitue. Hanc sententiam sustinet Molina tom. 3. de iustitia, part. secunda, disputat. 121. num. 10. qui rationes omnes prædictas asserit ad id probandum. Eandem tenet Ludovicus Lopez 1. p. infructuosæ conscientia, capit. 239. columna tertia, versicul. Præterea ne quid innotat: ubi hoc limitat, ut intelligatur, quando hic bonæ fidei venditor erat pretio, quo illam rem emit, negotiatorius, & plus, aut tantum, quantum est id pretii augmentum acquisiturus, tunc n. ut in sua bona fide servetur indemnis, non teneatur id restituere: sed cum si non erat lucraturus.

28 At verius existimo, id pretii augmentum esse vero domino restituendum, (intellige juxta dicto numero octavo deducto industriae valore: quamvis n. Doctores allegandi non apponant hanc limitationem, ac est necessarium apponenda, juxta ibi tradita, & nullus illorum eam negaret.) Ducor, quod res illa id augmentum verè valeret, aliàs pretium iniustum, & consequenter emptori restituendum: ergo id augmentum esset verè fructus rei alienæ, & consequenter domino illius cedere debet, cum in eo possessor hic bonæ fidei sit effectus locupletior. Quod si quid industriae etiam cooperatur, fateor deducendum industriae illius pretium. Præterea hoc amplius probatur eodem textu numero sequenti. Nec rationes contrariæ me movent. Nam ad primam constat ex dictis. Et ad confirmationem constat ex dicendis numero sequenti. Ad secundam, nego furem non teneri totum pretium suo emptori reddere. Quia teneatur omnino rescindere contractum pretio restituito, utpote qui nullam illius retinendi iustam causam habeat, nisi velis dicere eum ex furto lucraturum. Ad tertiam dico id non esse absurdum, quia ex natura contractus teneatur suo emptori de eversione, quæ obligatio in nihilo potest vero domino præjudicare. Atque ideo hæc sententiam sustinet Gabriel, Angelus, Sylvester, Sotus, Martinus de Ledesma, Rebellus utroque loco, Leonardus utroque loco, Navarra, ubi alleg. sunt numero 25. Rejella verbo Restitutio 7. num. 19. Joannes à Molina de restitutio, q. 10. columna 3. versicul. Si autem servandus emptor, Covarr. regula Peccatum 3. par. in initio; num. 4. versicul. 4. Bartholomæus à Molina lib. 1. summa cap. decimo quarto, §. 30. ubi de iis, quæ restituenda sunt, in regula secunda, Salon. 2. 2. quest. 62. art. 6. controversia secunda, questio 1. par. decisionum lib. 2. cap. 103. num. 4. Ludovicus Lopez mutans sententiam lib. 1. de contract. cap. 3. col. 3. versicul. Præterea ne quid innotat, Molina tom. 2. de iustitia, disp. 380. columna quarta, versicul. Quando venditor, Sayro in clavi regia, lib. 10. tract. 2. cap. 2. num. 13. Vega 1. tom. summa, cap. 60. casa 14. & 15. Atque idem aperte colligitur ex Cajetan. 2. 2. quest. 62. art. sexto, eadem secunda, versicul. Ad eversionem hujus, nihil teneri restituere, quando equali pretio vendidit, cam redderet rationem, quod non evaserit locupletior: ubi asserit eum teneri indicat ad excessum pretii, in quo locupletior sit.

29 Tandem in ultimo casu, nempe, quando possessor bonæ fidei rem sibi donatam à non domino vendidit bona fide, & postea eadem fide durante redemit minori pretio, iustè tamen, an hic possessor bonæ fidei teneatur non solum illam rem alienam à se possessam restituere, sed etiam illum pretii excessum, quem ex venditione habuit. Molina tom. tertio, de iustitia part. secunda, disputacione 121. num. 10. ait furem vendentem rem fartivam, & postea iustè minori pretio redimentem non teneri excessum illum pretii domino restituere, sed satisficere reddendo et rem suam non deterioratam, & fructus ex ea debitos. Ducitur, quod ille pretii excessus sit industriae furis fructus, & non rei. Insuper, quia restitucio est reducere rem ad æqualitatem, at servatur æqualitas prædicto modo, non restituito illo pretii excessu. At dicendum est, teneri quoque excessum illum pretii, deducta fure industriae mercede, restituere vero domino, simul cum re illa. Quod est conforme dictis num. præced. & Auctores ibi citati teneatur hoc dicere. Et in

proptis terminis docet *Rebelibus de iustitia parte prima, libro secundo, questione 5, num. 11.* Et ratio est, quia id lucrum non est solius industriae fructus, & in eo evale possessor hic locupletior. Ut numero precedenti probavi. Insuper probatur ex lege, si & rem, & pretium 25. ff. de petit. hereditat. ubi queritur, an si bona fidei possessor habeat, quia eandem rem redemit, ubi *Glossa in finem in principio* explicat, id est, partem pretii, eo quod rem viliori pretio redemerit, tenetur illam augmenti pretii partem domino restituere? Et concludit sic textus: *Operatur igitur possessorem, & rem restituere petitori, & quod ex venditione eius rei lucratus est.* Quod si dicas cum *Molina ibidem*, hunc textum non probare hanc partem: quia loquitur in herede vendente rem hereditatis, credente hereditatem ad se pertinere: in quo casu est specialis ratio. Quia (ut numero *responsum* probavi) pretium succedit loco rei in hereditate, illique accrescit, tamquam hereditarium, & ideo debetur vero heredi: quod fecit evenit in nostro casu. Fateor ex hac parte non videri probari nostrum intentum; at re bene inspecta probat utroque. Quia si ille pretii excessus non ex re hereditaria proveniret, sed solius industriae fructus esset, manifestum est eum non succedere loco heredi deberi; sed esse possessoris. Quia possessor bonae fidei hereditatis aliena tantum tenetur restituere, quantum ex illa alienata evasit locupletior, leg. *Erratum 26. in principio, & ex lege: Sed & si lege 28. §. 1. rem ff. de rem. ff. de petit. hereditat.* Ergo censet textus esse excessum illum fructum rei alienae, & non solius industriae, & ideo possessor teneat illum restituere, tamquam factum in illo locupletiore. Quae ratio militat omnino in nostro casu. Et confirmatur ex ratione decisionis illius, tradit *Paulus eadem lege: Si & rem, & pretium numero 1.* his verbis: *Quia sicut bona fidei possessio non debet esse in animo vendendo, ultra quam factus sit locupletior, ita non debet esse in lucro.* Quae ratio est universalis omnibus casibus, in quibus ex re aliena lucratur, deducto suae industriae pretio.

30 Tertio ex principali regula tradita num. 4. deducitur, si rem furivam quisquam possidem a le bona fide donet, & alius nil donaturus, quamvis non efficiatur ditior, & ideo nec tenetur illam restituere, utpote qui nil in suo patrimonio accipit in remuneracione eius tribuit, censeri in hoc in remuneracionem accepto factum locupletiore, ac proinde id esse vero domino restituendum. At non censetur istius ditior ex eo solum, quod donatarium ad antidota obligavit. Ratio prioris factus est quia occasione rei alienae remuneracionem illam acquisivit, & est instar contractus permutacionis. Posterioris autem partis ea est ratio, quod nil acquisitum sit, cum ea obligatio antidotalis non obliget precise donatarium, sed eius urbanitatem relinquat, velit remunerare, nec ne. Utrumque expressè habetur l. *Sed & si lege 28. §. Confusum ff. de petit. hereditat. ibi: Nec si donaverint, locupletiores facti videbuntur, quamvis ad remuneracionem sibi, naturaliter aliquem obligaverint: plane si acceptum, & id eundem esse eorum locupletiores factos, quatenus acceptum, vel ut quodammodo genus hoc esse remuneracionem. Atque utrumque docent *Borjus c. Gravus, num. 47. in fine, de restitu. spoliat. Molina tom. 1. de iustit. disputat. 245. colum. 4. versicul. Ex eo quod.* Hoc autem intelligitur, quamvis id in remuneracionem acceptum excedat valore rei: sicut numero precedenti didicimus excessum pretii excessu. Quod etiam constat ex ratione in textu adducta, nempe, quod sit quasi quadam permutatio, & ideo excessus ille est effectus rei alienae, praeterquam si industriae huius donantis aliquid debeatur. Et quoniam textus loquitur in possessore rei hereditariae, & eodem modo loquitur Doctores praedicti: ac ratio tradita in textu, & ab illis, est generaliter. Si n. (ut textus, & ipsi aiunt.) ex ea remuneracione censetur possessor bonae fidei effectus locupletior, id in eoque re aliena possessor bonae fidei procedit similiter, & proinde tenebitur id restituere, iuxta regulam numero quarto traditam.*

31 Quarto deducitur, si possessor bonae fidei rem vendat eodem pretio, appolita poena non solventi termino praecito, si iuste apponatur, atque emptor poenam illam solvat ratione tardioris solutonis, teneat cum possessor restituere, et ad rem domino eam poenam sibi solvat: utpote qui in ea est factus locupletior. Constat ex leg. *Utrum autem 26. in fine, ff. de petit. hereditat. ibi: Proinde si non solum pretium, sed etiam poenam pretii venditor solvat: poterit dici, quia locupletior in totum factus est, debere restituere.* Et quoniam textus loquitur in venditione rei hereditariae, ac cum ratio sit generalis, extendendus est ad omnem bonae fidei possessorem: ut numero precedenti ponderavi. Atque est hoc intelligendum deducto industriae pretio venditoris eam poenam apponentis.

32 Quid si tamen quispiam bona fide credens ad se de latam hereditatem, antequam illius possessionem occuparet, expendat latius res suas contemplatione illius, nequit ex hereditate, cuius postea possessionem occupat, detraxere quod plus ex suis bonis expendit, quam alioquin foret expensurus. Quoniam videtur occasione hereditatis bona fide expendit, ac proinde videtur posse detraxere ampliores illas ex-

pensas ex suo patrimonio factas occasione illius, utpote qui in iis rebus hereditariis non factus est ditior, quo ad has expensas: at hoc spectandum non est. Quia cum nondum possideret, non expendit, ut bonae fidei possessor rei alienae, nec ex illa expendit, cum nondum illam haberet, & ideo ex suis bonis censetur expendisse. Habetur expressè leg. *Sed est lege 28. §. Siquis re, ff. de petit. hereditat. & tradit *Molina* temo primo, de iustitia, disputat. 246. columna quarta, versiculo, Si tamen. Atque cum eadem prolixè ratio militet in quibuscumque aliis rebus, quas bonae fidei possessor putabat ad se perventuras, idem de illis dicendum est.*

33 Quinto deducitur, quid dicendum sit de ea limitatione, quam quidam adhibent regulae generalitatis traditae num. 4. ut possessor bonae fidei teneatur restituere, quatenus ex re aliena consumpta locupletior evasit: dicunt enim eam in solis rebus non unico ulu consumptilibus intelligi, ac proinde si quis bona fide a latrone res unico ulu consumptibiles, quae sunt materiae mutui, ut pecuniam, frumentum, hordeum, vinum, cibi, &c. furivus accipiat, & durante bona fide eas contingat, dicunt eum non teneat restituere, quantumvis ex eis locupletior evasit, nisi latro ex earum rerum donatione reddatur impotens ad restituendum. Ducuntur, quod ipse verus dominus non habeat jus petendi a latrone ipsas numero res, si consumptae jam sint, sed similes, vel eisdem pretii. At similes, vel eisdem pretii manent apud latronem, quibus restitatur, cum non sit redditus impotens ad restituendum. Ergo recipiunt ab illo non tenebitur restituere, quamvis locupletior factus sit, sed poterit dominum remittere ad latronem, ut ab ipso recuperet res sibi furto ablatas. Secundo quia latro poterat donare aliam pecuniam, vel aliud frumentum, cuius erat dominus. Ergo, & hoc quando sit furiva, quoniam magis restitutoribus obnoxia sunt haec furiva, quam quae erant propria. Tandem, quia hic possessor non tenetur ratione iniustae acceptationis, utpote qui bona fide accepit, ac contempnit, nec ratione rei acceptae, quia iam contempnit. Ita docent *Borjus 2. 2. quest. 62. art. 6. dubia 3. concl. 2. tom. summa, tractatu 8. cap. 14. post a. conclus. dubia 2. disp. 4. dicens ita tenere communiter Thomistas.* Atque id esse probabile ait *Santuel. 2. temo summa cap. 42. num. secundo.* Quare *Borjus* eodem dubio tertio, in solutione ad 3. dicit eandem bona fide cibos furivos, non teneat restituere id, in quo locupletior evasit, nimirum, quod domi expensurus erat, nisi fur redditus sit impotens ad restituendum. Et videtur tenere *Emmanuel Sa Summa, verbo Restitutio etiam, num. septimo.* ubi ait recipientem bona fide pecuniam, aut frumentum a fure, non teneat restituere, quando mixta fuerit cum aliis furis rebus, aut sint consumpta bona fide.

34 Verum haec limitatio omnino mihi displicet, & ideo dicendum est, eam in his unico ulu consumptibilibus teneat bona fidei possessorem ea a latrone accipiente, ac bona fide contentum restituere, quatenus ex eis ditior factus est. Ducor primo, quia *Ceter, Victoria, Armilla, Sorus, Martinus de Ludina, Navar. Pedraza, Navarria, Toledo, Val, Lud, Lopez, Philare, Vega, Sayra, Manuel, alleg. num. quarto, Molina tom. 3. tom. summa, tractatu secundo, disputat. 719. numero 1.* dum dicunt possessorem bonae fidei teneat restituere, quatenus ex re consumpta est factus ditior, asserunt exemplum in eo, qui invitatus edit bona fide cibos furivos; idque exemplum est vulgissimum, & communiter ab omnibus adhibetur. Et ideo sentiant eam regulam procedere etiam in consumptibilibus unico ulu. Secundo quia certissimum est dominium harum rerum consumptibilium, quamdiu consumptae non sunt, nec taliter cum rebus propriis mixtae, ut discerni nequeant, minime transire in latronem, sed manere apud verum dominum. Atque ideo quamdiu fructus fundi alieni, qui res unico ulu consumptibiles sunt, excedunt, datur domino rei vindicatio, nec potest eorum possessor satisfactionem invito domino solvere. Et bene traduntur ad satisfactionem invito domino solvere. Et bene traduntur *Barth. leg. Ex eis diversis §. Ubi autem, numero octavo, & nono ff. de rei vindic. Anton. cap. Gravus, num. ultimo, de restitu. spoliat. & Abbas num. ultimo, Anchar. numero decimoquinto, Borjus num. ultimo, & tantum quando consumpti sunt, ad rem utramque estimationem solventem esse. Cum ergo fur non mixtat estimationem solventem, minime transfert dominium in accipientem bona fide. Quia qui dominus non est, transferre dominium nequit. Ut expressè habetur leg. *Traditio rescripta, ff. de acquir. rerum dominio, ibi: Traditio nil amplius transferre debet, vel postea, ad eum, qui accipit, quam est apud eum, qui tradit. Si igitur quis dominium in fundo habuerit, id tradendo transfert, si non habuit, ad eum, qui accipit nil transferre.* Ergo res illas bona fide a fure accipientes tenetur perinde ratione rei alienae acceptae, ac si fundum alienum bona fide accepisset. At accipientes hunc tenentur omnino extantem restituere, & consumptum, quatenus est ditior factus, five fur sit potens, five impotens ad restituendum. Ergo idem prolixè dicendum est de accipiente bona fide res illas unico ulu consumptibiles. Terentio, quia non transferri dominium harum rerum in furem, vel accipientem ab eo, constat ex leg. *Rogasti medicina, ad fin. ff. de certum per. ibi: Ergitur, autem, vel alius servus contra voluntatem domini tradendo, non facit accipientis; quid ergo? Vindicari dominum possunt, existant aut si dolo malo desinant.**

35 Hinc deducitur optimè respondisse *Navarram* cuidam conscientiae quaestioni, de qua se consultum testatur, lib. 3. de restitu. c. 4. in nova editione p. 3. dubio 6. num. 171. quae est: *Quidam quingentis aureis furivis vendidit bona fide equum, atque illi pondum commixtis cum suis pecuniis confusus fuit furti; ait bene *Navarra* ibi teneri illum integros quingentos aureos restituere, non minus, quam si alienum equum bona fide emisisset, & adhuc extaret: fecit (inquit) si iam taliter commixti essent cum suis, ut discerni nequirent. Quia cum per commixtionem factus sit eorum dominus, non tenetur ratione rei acceptae, utpote qui rem alienam non habet nec factus est ex ea locupletior, tantum enim dedit, quantum accepit, nec ratione iniustae acceptationis; cum bona fide accepisset. Quae omnia constant ex dictis numero precedenti.*

36 Tandem difficultas est, quid praesumatur in dubio, an possessor rei alienae bona fide consumptae, evasit ex ea locupletior? Quidam existimant praesumi locupletiorum effectum. Quod nemo praesumatur res suas iactare, aut vano confutere, si. *Com de iudicio 25. ff. de probat.* Cum ergo ille existimaret res illas esse suas, ac praesumitur inutiliter consumpsisse, sed in rem suam, ac proinde ditior effectus. Ita tenentur illi, quamvis subobscure loquentur. *Utrum 26. verbo Consumpsisse ff. de petit. hereditat. & ibi Angel. num. 4. idem Angel. leg. illud, §. Probo, in fine, & l. Sed est l. §. Quod autem, num. 1. ff. eodem titulu, Anchar. confil. 5. nu. 5. Paulus confil. 247. In causa qua veritur num. 6. in fine, volum. 1. Decius regulis, Ex penalibus, num. 5. versicul. Dicit tamen ff. de regul. Summa Tb. Sanchez, pars 1.*

desinant possideri, ad abolendum agi. Et leg. Nam est fur 13. statim in principio, ff. eodem tit. ibi Nam est fur numerus crediti animo dedit, accipientis non facit. Atque ideo *Gabriel 4. d. 15. q. 3. art. 3. d. 5. propositio 3. vers. Ex illis, Ang. summa, verbo Consumpsisse num. 25. Syl. verb. Restit. 3. q. 6. dicit 2. vers. Et 6. tenetur participant, Joannes de Medina de restitu. quest. 10. immediatè ante §. Occurrit hic casus, Covarr. Regula peccatum 3. p. in initio, num. 2. Navar. lib. 3. de restitu. cap. 4. in nova editione p. 3. d. 6. num. 169. & d. 7. num. 173. in initio, Sayro in clavi regia lib. 10. tractat. 2. cap. 3. num. 9. Molina tom. 2. de iustit. disput. 330. colum. 1. versicul. Contrarium tamen, & temo 3. p. 2. disput. 723. num. 1. in fine, dicunt nequaquam transferri dominium earum rerum in furem, vel accipientem ab eo, ac proinde accipientem a fure teneri eas restituere, ratione rei acceptae, instar accipientis domum alienam, quamvis fur non reddatur impotens ad restituendum. Atque *Covarr.* ait contrarium esse fallissimum. Atque tunc solum est verum non teneri accipientem a fure manente potenti ad restituendum, quando fur effectus fuerat earum rerum dominus per commixtionem talem cum rebus propriis, ut discerni nequeant, iuxta l. Si alibi nummi, ff. de sol. Ut bene tradunt *Gabriel, Sylvestr. Joannes de Medina, & Navarria c. num. 173.* Ex omnibus ergo adductis colligitur possessorem hunc bonae fidei rerum ulu unico consumptibilium furivarum non effici verum illarum dominum, ac subinde tenentur ratione rei acceptae ad restituendas illas extantes vero domino: at si consumptae sint bona fide ad restituendum id, quod loco illarum substituitur, nempe, id in quo factus est locupletior. Atque nil prolixè refert ad eximendum illum ab hac obligatione, manifeste furem potentem ad restituendum; sicut prolixè contingit in accipiente, & consumente bona fide res alias non consumptibiles unico ulu. Quippe neutro transferuntur dominium. Eiser autem maxima differentia inter utraque, si res illae ulu consumptibiles commixtae essent cum furis furis, ita ut discerni non possent. Quia cum tunc fur ferret illarum rerum dominus, transferret verè dominium in accipientem, five bona, five mala fide accipiat; ac proinde hic accipiens, utpote qui rem alienam non possidet, non tenetur restituere, quando fur manet potens ad restituendum. Ut proxime diximus. At si res non sint unico ulu consumptibiles, ut vellus, equus, &c. Cum nullatenus latro efficiatur dominus illarum, non transfert dominium in accipientem; ac subinde bona fide accipientis tenetur illa extantes restituere. Quod si consumptae sint, tenetur quatenus ex eis locupletior evasit, quantumvis fur manerit potens restituere, si verè non restituit. Nam in omnibus his casibus tenetur fur in priori loco restituere. Ut bene ait *Molina 3. tom. de iustit. p. 2. disp. 719. num. 1.* Nec obstant rationes contrariae num. praeced. adductae. Nam prima tantum probat res illi consumptis non manere suo domino ad petendas easdem res, sed similes; eò quòd impossibilitatem nulla est obligatio. At manet jus petendi a possessore bonae fidei id, in quo ditior evasit. Atque si argumentum vim ullam haberet, idem utique probaret in aliis non unico ulu consumptibilibus. Si quis enim bona fide equum furivum accepisset, & ille periret non est jus domino petendi eisdem equi, sed solius estimationis petendae, quae potest reddi a latrone manente potente ad restituendum; atque ita concluderetur illum bonae fidei possessorem non teneri restituere, quatenus ditior factus est ex equo consumpto. Nec obstat etiam secunda ratio. Quia à veritate profus deviat, pecuniam furivam non esse magis obnoxiam restitutioni, quam aliam latronis propriam. Quippe illa est obnoxia, tamquam propria veridomini, & ita dum immixta manet, praeterferret in ea quibusvis creditoribus; quod fecit contingit in propria latronis pecunia. Ad ultimam constat ex dictis solutio.*

37 Sed probabilis reputo cum non praestari ditorem. Ducor, quia ut ditior factus sit, non satis est illas res alienas consumptas esse in possessoris utilitatem: potere enim sic consumi, vivendo lautius, & splendidius, quam rebus illis non habitis vita transigeretur, & tunc cum in nihilo reperitur auctum possessoris patrimonium, cessante bona fide; non dicitur factus locupletior. Ut expressè habetur, l. *Sed est lege 28. §. Siquis re, ff. de petit. hereditat.* Atque cum frequentius contingat vivere lautius existimando se amplius habere, id merito praesumitur; & sic non ditior effectus. Et hinc constat solutio rationis contrariae. Praeterea, quia cum hic possidet, potior est ejus conditio in dubio. Non ergo existente re dubia est constringendus restituere, ut constringeretur, si praesumeretur ditior effectus. Et ideo hanc partem sustinent *Ang. sibi contrarius confil. 133. super primisummo num. 2. in fine, & confil. 160. Dominus Castilianus in fine.* (Ita est in mea editione, nam variè citatur hoc confilium.) *Alexand. licet aliquantulum dubius, l. Muller 22. §. Cum proponeretur, in fine, ff. ad Trebellianum, Rainius sibi contrarius, confil. 204. num. 15. volum. 1. Jafon l. Nescimus 41. §. Eundem n. 4. ff. de sentent. & re iudic. Curtius Senior confil. 71. Princeps defunctus, n. 11. concluf. 7. Curtius Junior confil. 6. num. 26. in fine, & Tufcosius l. Sed est lege, quam legit simul cum l. At ubi deperit 21. §. Quod autem, num. 1. ff. de petit. hereditat. Lud. Gomez §. Actioes, num. 21. inf. de action. Adit. ad Bald. de prescript. p. 4. quarta pars principalis, quest. 35. ad finem, Menoch. de recup. possessioe, remed. 15. num. 187. Cardan. Tufcosius in suis conclusionibus practice, como quarto, concluf. 490. num. 78. in fine, Rebell. de iustit. p. 1. lib. 3. quest. 3. in fine.*

38 Ex quo deducitur ad probandum hunc possessorem ex re aliena consumpta evasisse locupletiorum, non satis esse probare rem illam expensam in eius utilitatem, sed ulterius probandum esse, utilitatem illam in eius patrimonio permanisse, ita ut tempore, quo bona fide cessat, invenitur patrimonium ratione illius rei alienae auctum. Constat ex ratione priori, & textu adductis numero precedenti. Et docent *Angelus eo confil. 160. in fine, Jafon, Curtius Senior, Ludovicus Gomez, ibidem relati, Cardinalis Tufcosius eadem conclusio 490. numer. 6.*

39 Quare in hoc dubio, an evasit locupletior, in neutro foro est obligandus restituere. Quia in neutro foro tenetur restituere, nisi quatenus est factus locupletior; & cum in foro externo talis non praesumatur, standum est in foro conscientiae hac fori externi praesumptione, dum contrarium in illo non constat. Ut probavi l. praeced. c. 10. num. 13.

SUMMARIUM.

An quo ad obligationem restituendi fructus bona fide ex re aliena percepti, sit idem iudicandum in foro interno, & externo? numero 40.  
An sit aliquem effectus verum alicuius rei dominium, & teneat illam restituere, & cui usui dominium hoc deserviat? n. 41.  
An possit dari bona fide abique titulo? n. 42.  
An quando bona fide procedit ex facti ignorantia, praesumatur in dubio, quamvis titulus desit, n. 43.  
Quid quando procedit ex juris ignorantia? Refertur quaedam sententia, num. 44.  
Explicatur sententia Antioris, n. 45.  
Fructus mora industriae, ut sunt verum ulu consumptibilibus, sunt consumptumque possessoris, etiam male fidei. Et an semianus mala fide fructuum furivorum tenentur ejus fructus restituere? num. 46.  
Qui, & quotuplices sint fructus? n. 48.  
In dubio, an magis natura, an magis industria operetur, an consenti sint fructus naturales, an potius industriales? numero 49.  
Quid si nec index, nec vir prudens id discernere possit? n. 50.  
An iuxta diversum provinciarum usum iudicetur utrumque operetur? num. 51.  
An sint admittendi fructus civiles, & qui sunt illi? n. 52.  
An reducantur ad fructus naturales, an ad industriales? numero 53.  
Disputatur de aliquibus fructibus in particulari, an naturales, an industriales sint, a n. 54. usque ad 59.  
Opera servorum, & partus ancillarum, inter quos fructus numerentur? num. 60.  
Qui dicantur fructus percipiendi, & qui percipi ad effectum, ut eos lucrari possessor bona fide cogat? n. 61.  
Proponitur textus juris communis videntes dubiam quaestionem, an accento illo possessor bona fide factus suos fructus ex re aliena perceptos, n. 62.  
Referuntur variae sententiae, a n. 63. usque ad 67.  
Explicatur sententia Antioris, n. 68.  
Quid si titulus sit invalidus, & iure reprobatum? n. 69.